

# ΕΞΕΤΑΣΕΙΣ ΑΚΑΔΗΜΑΪΚΟΥ ΑΠΟΛΥΤΗΡΙΟΥ 1966

## Θέματα Λατινικών

### ΤΥΠΟΣ Α΄

Παρασκευή 9 Σεπτεμβρίου 1966

#### 1. ΚΕΙΜΕΝΟ ΓΙΑ ΜΕΤΑΦΡΑΣΗ :

##### C. Julius Caesar, De Bello Civili Βιβλίο 3, §51

Interim certior factus P. Sulla, quem discedens castris praefecerat Caesar, auxilio cohorti venit cum legionibus duabus; cuius adventu facile sunt repulsi Pompeiani. Neque vero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt, primisque deiectis reliqui se verterunt et loco cesserunt. sed insequentis nostros, ne longius prosequerentur, Sulla revocavit. at plerique existimant, si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. cuius consilium reprehendendum non videtur. aliae enim sunt legati partes atque imperatoris; alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet. Sulla a Caesare castris relictus liberatis suis hoc fuit contentus neque proelio decertare voluit, quae res tamen fortasse aliquem reciperet casum, ne imperatorias sibi partes sumpsisse videretur. Pompeianis magnam res ad receptum difficultatem adferebat. nam ex iniquo progressi loco in summo constiterant; si per declive sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco verebantur; neque multum ad solis occasum temporis supererat; spe enim conficiendi negotii prope in noctem rem deduxerant. ita necessario atque ex tempore capto consilio Pompeius tumulum quendam occupavit, qui tantum aberat a nostro castello, ut telum tormento missum adigi non posset. hoc consedit loco atque eum communivit omnesque ibi copias continuit.

#### 2. ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ

##### α) ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΕΣ

1. **eo die, aliae partes** : να κλιθούν.

2. **facile, acrius, multum**: να γραφούν οι τρεις βαθμοί.

3. **voluisset, cesserunt, insequi, tulerunt** : να γίνη αναγνώριση, να γραφή το β' ενικό οριστικής και υποτακτικής ενεστώτα και μέλλοντα και οι αρχικοί χρόνοι.

##### β) ΣΥΝΤΑΚΤΙΚΕΣ

1. **castris, proelio, adventu, auxilio** : να αναγνωρισθούν συντακτικώς.

2. **primisque deiectis** : να αναγνωρισθή συντακτικώς.

3. **voluisset, reciperet, videretur** : να δικαιολογηθή η έγκλιση, να αναγνωρισθή κάθε πρόταση και ο τρόπος με τον οποίον εκφέρεται.